Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26000
Copyright: Admont, Benediktinerstift



et ꝓ superbiam suam excecati et induratis. Notandum quia tertio iam in ista
iniectione hoc ipsum dixit licet uerbis aut syllabis parum demutatis. Sup
namque dixerat. Egyptum inuocabant. et ad assyrios abierunt. Ac deinceps.
ipsi in egyptum conuertentur. et oblitus est israel factoris sui. Hinc tertio dicit. Re
uersus est ephraim in egyptum. et in assyrios polutum comedit. Notanda s
et increpita malis. secundum modos cuiusque dictionis. Nam quod secundo ait. ipsi in e
gyptum conuertetur. plus est. quam id. quod primo dixerat egyptum inuocabant. et
quod tertio dicit. reuersus est ephraim in egyptum. plus est quam quod id. quod secundo dixit.
ipsi in egyptum conuertentur. Preterito namque tempore. dicendo. reuersus est
in egyptum. consumatam discessionem expunit. atque addendo. et assyrios
polutum comedit peccati. uel apostasie eius delectationem uehementer co
arguit. Secundum hec dicta minuitur ipsis ille de malo in deteriorem. atque in pessi
mum declinauit. quando primum de egypto exierant. facientes uitulum. egyp
tum inuocabant. dicentes. constituamus nobis ducem. et reuertamur in egyp
tum. sed sue uoluntati permissi non fuerunt. Quando uero peccatum illud auxerunt.
et recedentes a domo dauid. non unum tantum. sed duos uitulos fecerunt. et sue
uoluntati permissi sunt. recte secundum illud prophetico spiritu dicere conuenebat.
quia ipsi in egyptum conuertentur. sed eidem confusionis nondum finis erat. Ad
huc enim suos dominus ad eos prophetas mittebat. ad huc lucerna dauid reser
uabatur in tribu iuda. Ubi tandem crucifixerunt xpm. illuc demum intui
tum prophetam intendens. iam preterito uitur tempore. dicendo. reuersus est ef
fraim in egyptum. id est iudei excecati sunt. tenebre facti sunt. obscurati sunt oculi
eorum. et sicut pharao et egyptus ingrauauerunt cor suum. Addendo uero. et in as
syrios polutum comedit. non habebunt deo uinum. et non placebit ei. eunden
ter astruit. quia quicquid extra quasi sacrum iudei comedunt. quicquid extra h
abant. quicquid sacificant. non deo placitum. sed deo et adusum. secundum quod per esaiam dicit
idem dominus. Quo mihi multitudinem uictimarum uiarum. Holocausta arietum. et adipe
pinguium. et sanguinem uitulorum et agnorum et hircorum nolui. Ne afferatis ul
tra sacficium frustra. Hec et cetera cum dicit. profecto confirmat presentem prophetie lo
cum dicentis. Non habebunt deo uinum. et non placebunt ei. Et ut expimeret
quam polutum comedit in assyrios. id est cum spiritibus immundis. quos assy
rios solent designari. prum ait. Sacficia eorum quasi panis lugentum. omnes
qui comedunt eum contaminabuntur. apud iudeos cum pmortuo sacfi
cium offerebatur. ipsum sacficium uocabatur panis lugentum. iudei propter
hoc. quia pmortuo erat oblatum. in cum morte parentes lugebant.